



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 97. Archidux Zeelandiæ portu solvit in Hispaniam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1506.

§. XCVII.

*Archidux ex Zeelandia portu solvit  
in Hispaniam.*

*Marian. ib.* Prima die hujus anni millesimi quin-  
gentesimi sexti foedus, quod die vi-  
gesima quarta Novembris anno elapso  
fancitum erat, Salmanticæ promulga-  
tur. Hoc facto Archidux cum Conju-  
sua, consensa plusquam octoginta na-  
vium classe, Middelburgi in Zeelandia  
die octava Januarii portu solvit, Belgici  
autem regiminis curam Guilielmo de  
Croy Cerviae Domino demandavit; Jo-  
annem vero Manuelem, Ferdinando mi-  
nus acceptum, itineris comitem selegit.

§. XCVIII.

*Archidux tempestatis vi in Angliam  
ejectus.*

*Marian. lib.* Cum vero navigatio tempore admo-  
28. n. 81. dum iniquo inchoata esset, Archi-  
*Bacon hist.* dux, ejusque conjux, quæ secum Ferdi-  
*regni Henri-* nandum secundo genitum filium duce-  
*ei VII.* bat, non nisi biduum secundis ventis pro-  
currebant, tertio vero die immutata re-  
pente maris fide, disturbatus procel-  
lis, Austrisque furentibus aer classem dis-  
sipavit, tresque illius naves absorpsit, ce-  
teris vero omnibus in varios Angliae, &  
Bri-

